PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 137r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Respicit enim pater in faciem filii · quando in nos per suam gratiam respicere dignabitur, quia xp̄s caput · nos membra ipsius sumus ⁊

Abiectus enim ille est · qui humana estimatione habetur extremus · sed apud dn̄m honorabilis iudicatur · qui propter nomen ipsius inter homines uidetur esse dispectus, Tabernacula peccatorum · uita presens ēē dinoscitur ⁊

Ille enim est innocens · qui nulli nocet, talis ergo non potest priuari muneribus xp̄i, Dn̄e uirtutum · sub ammiratione legendum est, id est qui tanta facis · quanta homines enarrare non possunt, beatus est enim · qui spem suam in aeterna felicitate posuerit · et qui scit non offendisse dn̄m suum ⁊

Protector nr̄ aspice ds̄ · & respice in faciem xp̄i tui ⁊

Quia melior est dies ÷ una : in atriis tuis super milia ⁊

Elegi abiectus esse in domo di ✕ mei : · magis quam habitare in tabernaculis peccatorum ⁊

Quia misericordiā & ueritatem ÷ diligit : ds̄ · gratiam & gloriam dabit dn̄s ⁊

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia · dn̄e uirtutum beatus homo qui sperat in te ⁊

INFINEM FILIIS CHORE PSALMUS DAUID ⁊

Dō ꝓpheta gratias agit · qm̄ de illa antiquitate iudaice nationis peruenit populus ad culturam dn̄i saluatoris · expetitque aduentum xp̄i · in quo humana cecitas · fidei lum̄ accepit ⁊

Dies ista · aeterna est, nec initium habet · nec fine concluditur, Una dies · non habet noctem · nec tenebras, Super milia · mundū istum significant · ubi milia dierum sustinent finem ⁊

Misericordia dī est · quando de peccatoribus efficit iustos, Ueritas · quia non negauit iustis premium, promissa gratia dabit · cum peccator conuertitur ad uitam, gratia enim dicta · quasi gratis data, Dabit gloriam · cum diuino munere in futuro mereamur · angelorum esse consortes ⁊

Quid significat chore · saepe iam diximus, tamen hic commonere sufficiat · hunc psalmum dici de illis · qui iam dn̄o saluatori sincera mente crediderunt ⁊